

Sebastian Meier

**Programma, Quo, Ad Carmen Heroicum De Salutifera Resurrectione Jesu Christi,  
Sospitatoris nostri, eiusdemque gloria Ascensione, audiendum Omnium  
ordinum literatos Viros officiose invitat M. Sebastianus Meier, Lubecensis,  
Scholae Patriae Rector : Publicatum Lubecae, Anno M.DC.XLIX. 29. Aprilis**

Lubecae: Jegerus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734828373>

Druck    Freier  Zugang



Ru Progr. 1649

1) Joach. Schnobel

2) " Tischering

3) Andreus Tischering

4) Joach. Stockmann

(5) Sebastian Meier Stadtkon Proze)



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734828373/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734828373/phys_0002)



12.  
5 18

# PROGRAMMA,

Quo,

AD CARMEN HEROICUM

De Salutifera Re-  
surrectione J E S U  
CHRISTI, Sospitatoris no-

stri, ejusdemque gloria Ascen-  
sione,

audiendum

*Omnium ordinum literatos Viros  
officisè invitat*

M. SEBASTIANUS MEIER,

LUBECENSIS, SCHOLÆ PATRIÆ

RECTOR.

Publicatum

*Lubeck, Anno M. DC. XLIX.*

29. Aprilis.

LUBECÆ,

Typis GOTHOFREDI JEGERI excusum.

*Serg:*

**N**ON minus verè, quam prudenter, quidam Sapientum Græciæ, *Otium benè collocare*, non quarumvis esse virium, sed singularis cuiusdam artificii indigere, affirmavit. Evidem non pauci, cum otium à rebus gerendis vacationem indulget, quo illud cunq; modo usurpetur, & quo conferatur, parùm referre arbitrantur. Hujusmodi absurditatibus, non aures solùm, verùm etiam assensum accommodasse videtur, Pœb. Galba Imperator Romanus, qui cum aliis multis Imperatore indignis: tūm hoc nomine Majestatis suæ gloriam obscuravit, quod nullam otii reddendam esse rationem existimaverit. Præpostera sane opinio, & quam tantum abest, ut cordatus, & sapiens probare possit: ut potius eam rejicere, atq; damnare merito cogatur. Etenim si nulla jactura major est, quam temporis: quomodo illud vacui temporis, quod otium appellamus, non perire asseverabimus, nisi dextrè, prudenterq; collocemus? Tædiosum, fateor, imò curarum, & molestiæ plenū; nec non animo, corporiq; noxiū est, de Sabinorum semper raptu, aut Oedipodarum odiis, aut Pto-lyxenæ tumulo, toto pectore cogitare, inq; illis meditationibus totâ mente, atq; cogitatione defixum es.

sc:

se: juvat nonnunquam ad exemplum Homerici Jovis, qui gravissimis, de bellis Trojanorum, ac Graecorum, cogitationibus sepositis, vel cum Junone jocari, vel ad Æthiopas commesatum abire non verebatur, animum à sollicitudine, & severioribus curis abductum, jucunda quadam recreatione relaxare: at quibus rebus otium ita impertiamur, ut non minor rem ex eo voluptatem, quam utilitatem percipiamus; hoc opus, hic labor est, inq; hac deliberatione animus fluctuat, imò prorsus distrahitur. Reperiuntur complures, qui cum Imperatore Augusto, pilam, & folliculum tractare: hamo piscari, talis, nucibusq; cum pueris ludere in deliciis habent. Non desunt, qui cum Domitiano Muscarum agmina insectantur, tantasq; strages edunt, ut ne vestigium earum amplius appareat. Quin & eorum non exigua sese nobis offert copia, qui, quoties à publicis, privatisq; curis vacatio contingit, cù Heliogabalo pergracari, & ad voluptates, tanquam ad Sirenum scopulos adhærescere: vel cum Democrito solum, ubi dulces nascantur cucumeres investigare: vel cum Sardanapalo in gynecaō totos dies delitescere amant. Miseros profectò, & ad agnatos gentilesq; deducendos: cùm non solum vitio devinctum: verū etiam ab honestis rebus vacuum esse dedecus conciliet. At nequam his meliores, qui, ut otio suo rectè uti dicantur, vel horrendum, & apud inferos natum propa-

gare dogma, vel absurdas, quibus ad liquidum per-  
vestigandis, mens ipsorum impar est, fovere, & pro-  
pugnare opiniones, & alios seorsum à se sentientes  
perstringere, & quovis modo famam, & existimati-  
onem ipsorum lutulare intendunt. Medius fidius,  
qui hoc pacto suis à studiis feriantur, non utuntur o-  
tio, sed pessimè abutuntur, & satius eset, noctes, at-  
que dies assiduò satis, superq; ipsis esse, quod agant,  
quieti ne sint, & perversis suis meditationibus, alio-  
rum conscientiis scrupulum injiciant, in se verò ju-  
stissimam præpotentis D E I iram concitent, & ju-  
mento suo malum sibi arcessant. Evidem non o-  
mnibus, datum esse largior, ut cū Leontino Gorgia,  
qui septimum, & centesimum explevit annum, neq;  
unquam suo in studio, & opere cessavit ; ita sint assi-  
dui, ut feriandi sibi licentiam non permittant: Inte-  
rim tamen operam dandam esse autumo. ita vivant,  
ut si causa dicenda sit, otii non minus, quàm laboris,  
& vigiliarum ratio optimè ipsis constet. Hanc artem,  
si quis aliis, probè didicit Scipio ille, cui Africa ar-  
rà obsidione pressa, pòst feliciter expugnata cognos-  
men dedit, & tempore, & otio ita uti novit, ut, Cato-  
ne referente, nunquam minus fuerit otiosus, quàm  
cùm otiosus. Hunc ex multis æmulis solus exæquare  
Cicero videtur, quando suo in Tusculano, non de  
agricolatione, aut areolis conserendis, amputandis  
palmitibus, arboribus, aut in quincuncem disponen-  
dis, aut denudandis: idq; genus aliis, rastros magis, &

ligones, quām Philosophorum scita, & circulos cre-  
pantibus; sed rebus maximē arduis, de contemnen-  
da morte, de tolerando dolore, &c. quinq, non vul-  
garis, sed profundæ eruditionis libros, quorum evo-  
lutione, non tam admiratione animus impleri, quām  
totus in stuporem verti solet, concinnavit. Possem  
hoc loco aliorum quoq; in otio studium, & alacrita-  
tem commendare, si instituti mei ratio id flagitaret,  
atq; hæc, quæ commemorata sunt, in dubium vocari  
arbitrarer. Horum industriam, inq; vacuis hori, benē  
collocandis prudentiam consectari, adhuc mihi vi-  
dentur, qui, ut ad publicos labores (cūm uni eidemq;  
rei semper esse intentum, vehementer ingenium ob-  
tundat) alacriores accedant, oblivionem laboris ex-  
lectione historiarum petunt, asperitatem studiorum,  
musarum cantibus mitigant, & molliunt: & in otio  
maximē sunt negotiosi. Dum enim annalium memo-  
riam replicant, in veterum monumentis non solūm,  
quod delectet, verūm etiam, quod erudiat, offendūt.  
Historiæ, & virtutum, quas imitemur, & vitiorum,  
quæ cane pejus Epirotico fugiamus exempla, suppe-  
ditant. Historiæ, cūm eos, qui ob multa & in DE-  
UM, & in homines impiè, nefarièq; commissa, gra-  
vissimas subierunt pœnas, tūm eos, qui obserium  
pietatis amorem, & vitæ sanctimoniam, amplissimis  
præmiis donati sunt, nobis proponunt. Ex historiis,  
temporum vicissitudines, crebras imperiorum muta-  
tiones,

tiones, & conservationes ( quæ omnia, utrum majo-  
ri cum voluptate, quam utilitate dicam esse conjun-  
cta, verè ambigo ) cognoscimus, & erudita pectus  
nostrum sapientia replemus. Sed nec sola Historia-  
rum lectio hanc requiem animo præbet: præbet quo-  
que eandem, assidua optimorum Poetarum lectio.  
Nam prodesse volunt, & delectare Poetæ. Hoc libe-  
rale, & fructuosum otium semper amplexi sunt, queis  
è meliori luto finxit præcordia Titan; & qui aceti  
quid in pectori habuerunt. Ut ad disertissimum Ro-  
muli nepotem, Tullium Ciceronem revertar. Hic  
cùm Præceptoris olim sui Archiæ, quæ populus Rom:  
urbe excludebat, advocationem suscepisset, eum o-  
ptimo jure, meritòq; civitate esse donandum, cùm a-  
liis, tūm præsertim hoc argumento probavit, quòd  
Poetæ suis scriptis, Virorum de republ: optimè meri-  
torum res gestas describant, & memoriam eorum, ab  
interitu vindicatam conservent: tūm quoq;, quò a-  
nimi forensi strepitu defatigati reficiantur, & ad se  
redeant, suppeditent. Quid? dici certè non potest,  
quantopere Poetæ, & sagacitate ingenii, & eloquii  
flumine, & dexteritate judicii, attentum lectorem nō  
solum afficiant: verùm etiam exhibarent, & languen-  
tem ejus animum relevant! Rectè igitur horas, quas  
à publicis occupationibus habent vacuas, transigūt;  
qui evolvendis Poetis eas tribuunt, vel ipsi quid car-  
minis meditantur, viresq; sui ingenii, vel in Hyme-  
naxis

natis decantandis : vel Bonorum obitu deflendo : vel  
præclarorum Virorum rebus gestis describendis per-  
riclitantur : At longè rectius, qui omne, quod con-  
ceditur, otium, in beneficiis Sospitatoris nostri JESU  
CHristi prædicandis, iisq; quâ prosâ, quâ ligatâ ora-  
tione celebrandis consumunt, & vel de admiranda  
ejus Nativitate ; vel crudelissima passione, & morte :  
vel de salutari resurrectione : vel etiam gloria ejus-  
dem ascensione , versus , non quos olim uno pede  
stans ducentos in hora dictabat ; sed elaboratos com-  
ponunt, & hac ratione animum curis, ærumnisq; af-  
flictum, & perculsum excitant, se simul, & alios eri-  
gunt, & solantur : nec non studiosæ juventuti amnē,  
quo ad immensum sapientiæ mare deveniat , mon-  
strant. Hic labos, si labos, & non potius requies di-  
cendus est, ut omni difficultate , & molestia vacat :  
ita quoq; voluptate, & utilitate restagnat. Hoc su-  
perioribus mensibus probè secum perpendit Erudi-  
tissimus, Præstantissimusq; Vir, Dn JUSTUS TRIB-  
ECHOVIVS, S.S. Theologæ Studiosus, Eccl Scholæ Lu-  
becensis Collega industrius. Hic licet otio non cir-  
cumfluat, & abundet, sed semper publicè, privatim-  
que, quod agat, habeat : ferias tamen solennes, & va-  
cationes à laboribus scholasticis, piis meditationi-  
bus, quæ veræ recreationes sunt , devovere ; quām  
obambulationibus, commensationibus, intempesti-  
vis conviviis, idq; genus aliis, cùm corpus, tūm ani-  
mam

inam depravantibus, laxamentis transmittere maluit.  
Et cum inter beneficia CHRISTI Sospitatoris nostri, humano generi praestita, non postrema sint, sed principem facile locum occupent, quod post crudelissimam passionem, & mortem, divinâ virtute, è terra visceribus, & sepulchro, nil obstantibus, qui conducti erant, custodibus, nil prægrandi, quod impo- situm erat, saxo prohibente, caput tellure sustulit, & redivivus in humanas auras rediit: & post quater de nos, quibus se conspiciendum præbuit, dies, palatia cœli, unde delapsus erat, penetravit: & ita opus redemtionis, quod inchoaverat, feliciter absolvit:  
Hæc, inquam, beneficia, non angusto versu torno includere: sed terso, eleganti, politoq; Heroico carmine complecti voluit: illudq;, ut suam erga Sospitatem gratitudinem declararet, nec non suo exemplo juventutem, ad simile quid tentandum, & vires ingenii acuendas ex parte ficeret, & hortaretur, CRAS volente D E O, pridie Calend. Maji, hora nona in Auditorio Cathariniano pronunciare decrevit. Ad quod audiendum, ut Magnifici Dn. Coss: Consultissimi, & Experientissimi Doctores: Reverendi Ministerii Pastores, & Symmiltæ: Prudentissimi hujus Reipubl: Senatores, & Secretarii: ut & omnes literarum amantes Cives, & Studiosi, haut gravatè accedere dignentur, quâ par est observantiâ, omnes, & singulos rogatos volo. P. P. Lubecæ,  
Anno XLIX. 3. Calend. Mai.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
/rosdok/ppn734828373/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734828373/phys_0011)






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734828373/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734828373/phys_0012)



naxis decantandis: vel Bonorum  
præclarorum Virorum rebus ge-  
richtitantur: At longè rectius, quæ  
ceditur, otium, in beneficiis Soli  
CHristi prædicandis, iisq; quæ  
tione celebrandis consumunt,  
ejus Nativitate; vel crudelissima  
vel de salutari resurrectione: ve-  
dem ascensione, versus, non  
stans ducentos in hora dictabat  
ponunt, & hac ratione animum  
flictum, & perculsum excitant,  
gunt, & solantur: nec non studi  
quo ad immensum sapientia  
strant. Hic labos, si labos, & ne-  
cendus est, ut omni difficultate  
ita quoq; voluptate, & utilitate  
perioribus mensibus probè secu-  
tissimus, Præstantissimusq; Vir-  
B E C H O V I U S, S.S. Theologiae Stu-  
beccensis Collega industrius. Hi-  
cumfluat, & abundet, sed sempe  
que, quod agat, habeat: ferias ta-  
cationes à laboribus scholasticis  
bus, quæ veræ recreationes sun-  
t obambulationibus, commessat  
vis conviviis, idq; geni s aliis, c



the scale towards document

endo: vel  
pendis pe-  
uod con-  
stri JESU  
igatà ora-  
dmiranda  
& morte:  
riosa ejus-  
uno pede  
ratos com-  
mnisq; af-  
alios eri-  
uti amné,  
iat, mon-  
equies di-  
cia vacat:  
Hoc su-  
dit Erudi-  
tus TRIB-  
Scholæ Lu-  
p non cir-  
privatim-  
nes, & va-  
reditationi-  
re; quæm  
ntempesti-  
s, tūm ani-  
mam

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. \_\_\_\_\_

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference numbers on UTI